

www.e-rara.ch

**Simonis Portii Neapolitani, philosophi clarissimi, de rerum naturalium
principiis libri duo, quibus plurimae, eaeq[ue] haud contemnendae
quaestiones naturales explicantur**

Porzio, Simone

Marpurgi, 1598

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: NP 2606

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-47888>

Quae ambigua sint sententia Platonis. Cap. XIII.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ralibus quæ consilio non aguntur, fatum est; ut qualem formam fuerint sortita, tales sint actus, taliaq; accidentia, quæ ratione formæ illis accedunt: non enim est fatum ut ejusmodi sint, sed ut ejusmodi ex aliis ita concessis ordinentur. Ignis quippe ob talem suam naturam, sublunaria calefaciendi, exiccandi-que facultatem obtinet. Quocirca Plato dicebat, causa est apud operantem Deus extra culpam. Atq; ex his quid sit fatum secundum actum patet.

Quæ ambigua sint in sententia Platonis.

C A P. XIII.

PRincipiù inspicendum videtur, sitne idem secundum Platonem, providentia, & fatum, an diversum? Si idem, ergo quæ providentia, eadem fato quoque reguntur. Quòd si hoc dicat mihi, quæso Chalcidius, reliquiq; Platonici, quæ providentiã in ordine & motu corporis orbicularis, debet habere Deus? cùm semper eodem modo in orbem vertatur: nulliq; labi ac mutationi sit obnoxium, cumq; eadem ratione qua à principio constitutum sit, perseveret, qua providentia Dei opus habet? illa siquidem indigent providentia, quæ non habent naturam constantem, neq; eundem semper servant ordinem: sed quorum substantia est æterna, semperq;

O s sta.

statutum observant ordinem; qua, quæso, opus habent providentia? indigent quippe agente cognoscente, ut quemadmodum fieri debent, sic facta perseverent. Verùm cum in illis nihil sit futurum, sed omnia sint in fine, non est opus providentia, quæ est respectu futuri, ut doctissimè quoq; nos Alexander in quæstionibus suis naturalibus docuit. Deinde in rebus quas tempus metitur, & quæ habent futurum, necessaria est providentia: at quæ sunt in cælo, carent futuro, quoniam omnia sunt præsentia: ergo in illis non est fatum, neq; indigent providentia, quæ tantum necessaria est in iis ubi distinguitur futurum à præsentia. Adhæc si eâ sententia admittitur, scientia Dei est conditionalis, nã si Deus cognoscit me patrare hoc facinus, aut certò cognoscit, aut non. Si certò cognoscit, ergo necessariò ad id facinus committendum impellor, alioqui Dei scientia falli posset, si non cognoscit, Plato sibi ipsi non constat. Nam undecimo de legibus inquit, omnium rerum vel minimarum Deum curam habere, ac intelligere, & posse. Præterea aut quia Deus id scivit, idèò futurum est: aut quia futurum est, iccirco scivit, non est fas illud dicere: quia cum Dei scientia sit necessaria, omnia necessariò evenirent. Verùm Plato multa fato, plurima natura ac potestate nostra evenire

nire fateatur. Quare aut concedendum est, non esse omnium providentiam (quod non cohæret cum prædictis) aut omnium esse eventum necessarium. Quòd si Deus agit necessariò, quia actio ejus impediri nequit, quòd heri hæc materia hanc formam fuerit sortita, dicemus ex necessitate ita factum fuisse: quod tamen Plato minimè fateatur. Huc accedit, quòd si Ideæ sunt causæ efficientes formarum naturalium, cum contingat actionem impedire impedimentum erit necessarium: sin impediri non contingat, etiam hoc modo effectus erit necessarius. Quare omnia sive impediatur, sive nõ, necessariò evenient, quòd ab ipsis impedimenta oriantur. Multa in hanc rē diximus in libello nostro de fato, quæ modò ne prolixiores simus, omittimus.

Quid Plotinus senserit de Fato.

C A P. XIII.

Plotinus libro de fato, & multa ex Platonis sententia tradit, nempe, quæ sint in fato, quævé sub fato: deinde quomodo aliæ causæ agant, neque à cœlo necessitatem patiantur, licet cœlum & ut sint, & ut agant, cooperetur. Docet quoque quo pacto anima nostra sit supra fatum, & in fato, & sub fato: ad hæc quòd Deus in nos liberè agat, & demum in qua ratione ejus influxus præpediatur.

Su-